

alijs aequales partes, & duas alias Dioeceses divisimus, & separavimus, ac Ipreunam, Audomaren. vero Ecclesijs, ac mensis Episcopalis reliquam partes, & Dioeceses subdivisus hujusmodi pro sua quaque Dioecesi, & parte dotis perpetuo applicavimus; Attendentes, quod si p̄fiscis temporibus, dum dicti Populi sensim accrescebant, de novis Ecclesijs Cathedralibus, optimisque Praesulibus opportuno tempore prospectum fuisset, profecto tot perniciosa haeresum Dogmata, quibus Religio Christiana passim laceratur, & affligitur, haud ita violenter invaluissent; Nunc autem cum ad illa arcenda, & extirpanda, ac simul Populos ipsos in sinceritate Fidei continendos dictus Praedecessor nulla alia aequae opportuna remedia potuerit adhibere, quam supradicta, ut ea juxta cordis sui, atque nostri desiderium promptos, & felices fortiantur effectus, etiam nostri ministerii partes praemissis adiacere, ac illa omnibus alijs, quibus possumus, rationibus juvare, & promovere volentes, necnon honorum Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Praebendis infra scriptis per praesentes applicandorum, fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, necnon singularum Literarum, processuum, & scripturarum praedictorum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis habentes; continuis etiam hortationibus dicti Philippi Regis, id pro salute dictorum Populorum enixe prosequentis excitati, Motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam de apostolica potestatis plenitudine, divisionibus, limitationibus, & distributionibus subdelegatorum hujusmodi in dictis processibus specificatis tanquam in melius reformatis inhærendo, ac priores Literas hujusmodi quoad infra scripta immutando, omnia, & singula supradicta Oppida, Castra, Villas, Loca, Jurisdictiones, Districtus, & Jura in posteriore designatione subdelegatorum hujusmodi comprehensa cum Ecclesijs, Monasterijs, Collegijs, & Locis ecclesiasticis, ac secularibus, & regularibus, aliisque personis, & Populis, ceterisque sub eis comprehensis, praefata Ecclesia Ipren. juxta posteriorem designationem hujusmodi, auctoritate apostolica, tenore praesentium perpetuo concedimus, & assignamus; necnon in Monasterio S. Martini praefato, cujus Ecclesia in Cathedrali Ecclesia Ipren. erecta existit, ut praefertur, etiam de illo consistorialiter disponi consueverit, seu debeat, nomen, titulum, & denominationem Abbatis, seu Praepositi ad Dignitatem Abbatialem, seu Praeposituram, statumque, essentiam, & ordinem regulares, necnon cum primum illos, ac Monasterium, seu Praeposituram S. Martini hujusmodi per cessum, vel decessum illa nunc obtinentium, etiam apud Sedem eandem, aut alias quibusvis modis, & ex quorumcumque personis, etiam in aliquo ex mensibus, in quibus vacantium Beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore existenti per

Constitutiones Apostolicas, vel Cancellaria Apostolica Regulas, seu Literas alternatarum, aut alia privilegia, & Indulta reservata existit, seu fuerit, simul, vel successive vacare contigerit, etiam si actu nunc, ut praefertur, vacent, & tanto tempore vacaverint, quod illorum collatio, & ejusdem Monasterii S. Martini provisio juxta Lateranensis statuta Concilii, aut alias Canonicas sanctiones ad Sedem praefatam legitime devoluta, illique dispositioni Apostolica specialiter, vel generaliter reservati existant, ac ipsius Monasterii Sancti Martini provisio ad eandem specialiter, vel generaliter pertineat, & ad illa consueverint qui per electionem assumi, eisque cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, super eis quoque inter aliquos lis, cuius statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa; Monasterium S. Martini, seu illius, ac Ecclesiae Furnen. olim Morinen. Dioecesis Praeposituras etiam principales, ac qui pro parte dicti Philippi Regis juxta conditiones hujusmodi relicti sint, Decanatum forsitan majorem, necnon Penitentiarum, Cantoriam, Scholasticam, Thesaurariam non majores post Pontificalem Dignitates, necnon quinque Canonicatus, & quinque Praebendas ex pluribus alijs suppressae Morinen. Ecclesiae hujusmodi pro parte dicti Philippi Regis per conditiones pacis hujusmodi inter alia etiam relictos, positus suppressimus, & extinguimus, ac ex dicta Ecclesia Morinen. Archidiacono natum Flandriae Dignitatem inibi, non tamen post pontificalem majorem, & ex quindecim Cappellanis in ipsa Ecclesia Morinen. octo Capellanias per praedictos subdelegatos specificatas, ac decem ejusdem Ecclesiae Morinen. pro parte dicti Philippi Regis juxta conditiones praefatas relictas, & ex ipsa Furnen. Ecclesia, in qua triginta Canonicatus, & triginta Praebendae cum Decanatu existunt, decem alios Canonicatus, & decem Praebendas similiter, quos primo per cessum, vel decessum illos obtinentium, vel alias simul, vel successive vacare contigerit, aut etiam si ad praesens vacent, & etiam tanto tempore vacaverint, quod similiter eorum collatio juxta eadem Lateranen. Statuta Concilii ad Sedem eandem legitime devoluta, ipsique Archidiaconatus, & Capellania, & Canonicatus, & Praebendae eidem dispositioni apostolica specialiter, vel generaliter reservati existant, & ad illos consueverint qui per electionem assumi, eisque cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, & super eis inter aliquos lis, cujus statum similiter praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, ad dictam Ecclesiam Ipren. pro uno Archidiacono, & totidem Canonicis, & Cappellanis in dicta Ecclesia Ipren. transferimus, ac in eadem Ecclesia Ipren. unum Archipresbyteratum Civitatem. pro uno Archipresbytero Civitatem., qui curam Rectorum Parochialium Ecclesiarum, ac verbi Dei, & Sacramentorum per Civitatem., & unam Penitentiarum Dioecesanam nuncupandos Dignitates inibi

inibi non tamen post Pontificalem majores pro uno Penitentiarum Dioecesanam nuncupandos, qui curam conscientiarum Populi per Dioecesim Ipren. habeat. Et ulterius in Ecclesia Ipren. hujusmodi unum Decanatum. Dignitatem inibi majorem post Pontificalem ad suffragia omnium Canonicorum. ejusdem Ecclesiae electivum pro Praeposito ipsius Ecclesiae Ipren. deinceps Decano, loco suppressae Praepositurae hujusmodi, qui duplicem distributionem in Choro percipiat, & unam Cantoriam pro uno Cantore, & unam Scholasticam pro uno Scholastico, & unam Thesaurariam, etiam Dignitates inibi non tamen post Pontificalem majores, pro uno Thesaurario, ac duodecim alios Canonicatus, & duodecim alias Praebendas, pro duodecim alijs Canonicis ejusdem Ecclesiae Ipren., etiam perpetuo erigimus, & instituiamus, ac unum, & unam ex decem Canonicatibus, & decem Praebendis ex Ecclesia Morinen. ut praefertur translatis, mensae Ipren. hujusmodi similiter perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus; ita quod Episcopus Ipren. illorum ratione persona Capitularis esse, ac vocem, auctoritatem, & praerogativam etiam in Capitulo supra Decanum, & alias Dignitates, ac Canonicatus, & Praebendas inibi obtinentes habere debeat; liceatque sibi illorum corporalem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus in suos, & sua mensae hujusmodi usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita. Et ulterius eidem mensae Ipren. pro sua dote, hujusmodi bona, & proventus trium ex quinque suppressis Canonicatibus, & Praebendis Ecclesiae Morinen. hujusmodi, ac Jus Praebendae Insulen. nuncupatae, ad Episcopum Morinen. pro tempore existentem pertinens sub dictis conditionibus comprehensam, quorum insimul septingentorum, & quinquaginta, ac similiter omnia, & singula bona suppressae Praepositurae Ecclesiae Furnen., ac tot ex bonis, & proventibus Monasterii, seu Praepositurae S. Martini hujusmodi, quae una cum bonis suppressae Praepositurae Ecclesiae Furnen. hujusmodi valorem annuum mille constituent, & valorem annuum trium millium ducatorum similium pro Dote mensae Episcopalis Ipren. hujusmodi una cum praedictis complebant, necnon Archipresbyteratus, Penitentiarum, Cantoriae, Scholasticae, & Thesaurariae similiter medietatem aequis portionibus dividendam bonorum, & proventuum. Cantoriae, Scholasticae, & Thesaurariae suppressarum praedictarum, ac singulis duodecim Praebendis, ut praefertur, erectis praedictis tot ex reliquis Monasterii, seu Praepositurae Sancti Martini proventibus hujusmodi, quot pro competenti dote illorum ad aequivalentiam proventuum aliorum Canonicatum, & Praebendarum Ecclesiae Ipren. hujusmodi opus fuerit; post obitum tamen Religiosorum ejusdem, seu postquam illis aliunde provium extiterit; eisdem interim sub cura Decani Ecclesiae Ipren. hujusmodi

remanentibus. Praeterea Decanatus medietatem proventuum Decanatus Ecclesiae Morinen. similiter pro parte dicti Regis relictorum, ac Praebendam, & Domum per Decanum Monasterii Sancti Martini praedicti haberi, & possideri solitas, & tam illi, quam Archidiaconatus Flandriae hujusmodi unam, Archipresbyteratus vero Penitentiarum, Cantoriae, Scholasticae, & Thesaurariae praefatis sic erectis, ac graduatis infra scriptis affectis novem Canonicatibus, & novem Praebendis Ecclesiae Ipren. hujusmodi reliquam medietatem bonorum, & proventuum reliquorum duorum Canonicatum, & Praebendarum suppressorum praedictorum similiter ex nunc prout ex tunc, & contra, pro dotis nomine perpetuo applicamus, & appropriamus. Necnon Episcopo Ipren. Domum Monasterii, seu Praepositurae Sancti Martini hujusmodi cum hortis, & pertinentiis suis circumstantibus pro sua habitatione, ac illas ipsas Episcopus Morinen. pro tempore existens in eisdem Ipren. Ecclesia, Civitate, & Dioecesi prout sibi per divisiones hujusmodi contingit; Et insuper quas Abbas, seu Praepositus Sancti Martini Monasterii, seu Praepositurae, & Praepositus Ecclesiae Furnen. hujusmodi olim quomodolibet habebant, collationem, provisionem, praesentationem, electionem, institutionem, confirmationem, & quamcumque aliam dispositionem omnium, & singulorum Prioratum, Dignitatum, Personatum, exceptis infra scriptis affectis Canonicatum, & Praebendarum, Administrationum, & Officiorum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, ac praedictorum, & quorumvis aliorum Ordinum Regularium per eum, & futuros Praesules Ipren., vel alium, seu alios eorum nominibus libere faciendas, etiam perpetuo reservamus, concedimus, & assignamus. Et ut ipse Episcopus Ipren. suam Ecclesiam personis eruditissimis, & ad jurisdictionem inibi exercendam, ceteraque munera ecclesiastica obeunda idoneis debite instructam, jugiterque decoratam habeat; similiter perpetuo statuimus, & ordinamus, quod novem Canonicatus, & Praebendae ex Ecclesia Morinen. ad Ecclesiam Ipren. translatis hujusmodi, quos suppressioni, applicationi, & unioni aliorum, trium Canonicatum, & Praebendae mensae Episcopalis Ipren. hujusmodi loco facto per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decessum, non tamen per obitum apud Sedem praefatam, aut alias vacare contigerit, vel etiam si actu nunc quovis modo vacent, & dispositioni apostolicae specialiter, vel generaliter reservati, ac Sacerdotes existant, & super eis inter aliquos lis, cujus statum praesentibus etiam haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, tribus Magistris, aut Licentiatibus in Theologia, & tribus Doctoribus Decretorum, seu in eis Licentiatibus, & tribus Nobilibus ejus Dioecesis etiam in jure, vel Theologia saltem gradu licentiarum in famosa quapiam Universitate Studii generalis, secundum tenorem primodictarum

tia, & potestatis plenitudine similibus, necnon consistorialiter, ac alijs quomodocumque, & qualitercumque, ac quotiescumque concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, ac concedendis, necnon quibusvis specialibus, vel generalibus reservationibus, etiam mentalibus, expectativis, & alijs gratis, unionibus, annexionibus, & incorporationibus perpetuis, vel temporalibus absque consensu Coadjutorum deputationibus, nominationibus, citra accessus, & regressus, facultatibus, literis, mandatis, concessionibus, & indulgentibus quibuscumque, etiam cum provisionibus, & alijs dispositionibus, etiam Cardinalibus, ac etiam nostris antiquis, & descriptis familiaribus, & Imperatoris, Regum, Ducum, aut aliorum Principum contemplatione, vel intuitu, seu in eorum, aut Ecclesiarum, Monasteriorum, ac aliorum Ecclesiasticorum Beneficiorum, vel etiam in nullius favorem, aut ob remunerationem laborum Nobis, & Sedi præfata impensorum, aut in recompensam jurium cessorum, vel ablatorum, aut alijs quomodolibet, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam attestativis mentis nostræ de illis non revocandis, aut suspendendis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie de Monasteriis, Præposituris, Decanatus, Archidiaconatibus, Cantoria, Pœnitentiaria, Scholastria, Thesauraria, ac Canoniciatus, & Præbendis etiam translatis, unitis, & suppressis, ac Cappellaniis, & alijs Beneficiis hujusmodi concessis hæcenus, & impoſerum concedendis, quas, & quæ, illorumque omnium vim, & effectum, quoad hoc, omnino suspendimus, & in Monasterio Præposituris, Decanatu, Archidiaconatu, Cantoria, Pœnitentiaria, Scholastria, Thesauraria, ac Canoniciatus, & Præbendis, Cappellaniis, & alijs Beneficiis hujusmodi effectum fortiri, aut locum sibi vindicare non posse, neque debere decernimus, illisque, ac statutis, privilegiis, indulgentis, & literis supradictis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliqui in Morinen., & Furnen. Ecclesijs præfatis in Canonicos sint recepti, vel, ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de Canoniciatus, & Præbendis, ac Dignitatibus ipsarum Ecclesiarum, ac hujusmodi speciales, vel alijs Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus

Literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alijs quomodolibet sit processum, quas quidem Literas, & processum habitos per easdem, & inde sequuta quæcumque ad Monasterium, Præposituras, Decanatum, Archidiaconatum, Pœnitentiariam, Cantoriam, Scholastriam, Thesaurariam, ac Canoniciatus, & Præbendas, ac Cappellaniis, & alia Beneficia volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad affectionem Canoniciatus, & Præbendarum, ac Dignitatum, vel Beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet alijs privilegiis, Indulgentiis, & Literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenoribus existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri; Et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris Literis mentio specialis. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ concessionis, assignationis, suppressionis, extinctionis, translationis, erectionis, institutionis, unionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, reservationis, statuti, ordinationis, inhibitionis, decreti, mandati, suspensionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, quinto Idus Martii, Pontificatus nostri Anno II.

§.2. Cum autem, sicut Ven. frater Antonius Episcopus Ipre. Nobis nuper exponi fecit inter Martinianos, & Furnenses Ecclesiæ Ipre. Canonicos prædictos non raro plures ad supradictas Dignitates obtinendas aptiores, ac magis habiles, quam inter Morinenſes Canonicos hujusmodi inveniantur, & propterea, ut majori ipsius Ecclesiæ, ejusque Capituli decori, atque ornamento opportunis rationibus per amplius consultatur operæ pretium futurum existimet, si Martiniani, & Furnenses, æque ac Morinenſes Canonicos prædicti ad supradictas Dignitates de cætero obtinendas, si illi tamen Doctores, vel Licentiati, ac alijs habiles existant, idonei apostolica auctoritate declarantur. Nobis propterea tam dictus Antonius Episcopus, quam dilecta in Christo filia Nobilis mulier Isabella Clara Eugenia Infans Hispaniarum humiliter supplicari fecerunt, ut super præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur pijs Antonii Episcopi, & Isabellæ Claræ Eugeniæ Infantis prædictarum desideriis, quantum cum Domino possumus annuere, eosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus

Episcopi Ipre. sis preces de abiles reddendis Martinianis, ac Furnensibus ad Dignitates suæ Cathedralis.

Habiles declarat Pontifex.

quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Ven. fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum consilio: Quod de cætero perpetuis futuris temporibus Canonici Martiniani, & Furnenses prædictæ Ecclesiæ Ipre., si Doctores, vel licentiati, ac alijs habiles existant, ad supradictas Dignitates æque ac Morinenſes Canonici dictæ Ecclesiæ Ipre. obtinendas idonei sint, & esse censentur, talesque ab omnibus, & singulis, ad quos nunc quomodolibet spectat, & pro tempore spectabit, habeantur, & haberi debeant.

Clausulas necessarias appone.

§.4. Præsentibus vero Literas, ac omnia, & singula in eis contenta nullo unquam tempore, etiam ex eo, quod Morinenſes Canonici prædicti, seu quicumque alii in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, & terminos juris reduci nullatenus posse, sed ea omnia, & singula perpetuo valida, firma, & efficacia esse, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Martinianis, & Furnensibus Canonici prædictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputas.

§.5. Quocirca Ven. fratri Joanni Francisco Archiepiscopo Patracen. moderno, & pro tempore existentis nostro, & Sedis Apostolicæ in Belgicis Ditionibus Nuncio per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios præsentibus Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Martinianorum, & Furnensium Canonicorum prædictorum, seu alicujus eorum fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens faciat auctoritate nostra Martinianos, & Furnenses Canonicos prædictos, & eorum quemlibet præmissorum omnium, & singulorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittens, eos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari; Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contraria collit.

§.6. Non obstantibus præinsertis Pii Prædecessoris Literis, quoad ea, quæ præsentibus contrariantur, necnon re: me: Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri Bull. Rom. Tom.V. Par.V.

stri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad Judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Ecclesiæ Ipre. etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Ecclesiæ, illiusque Capitulo, Canonici, & quibusvis alijs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac alijs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda esset, illorum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si prædictis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Dat. die 1. Martii 1626. An. III.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die prima Martii 1626. Pontificatus nostri Anno III.

CLXX.

Contra extrahentes, seu permittentes, ut extrahantur Libri, ac etiam Manuscripta a Bibliothecis Fratrum Ordinis Prædicatorum.

Stimilem prohibitionem pro conservatione Bibliothecarum Fratrum Minorum de Observantia Ordinis S. Francisci, fecit Sixt. V. in Const. CIV. Cum sicut. Tom. IV. Par. IV. fol. 356. Cujus mitigationem habes impressam in Compendio Bullarum a Flavio Cherubino edito sub Schol. 1. prædicta Constitutionis.

URBANUS PAPA OCTAVUS.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut dilectus filius Lucas Castellinas Ordinis Fratrum Prædicatorum Procurator Generalis Nobis exponi fecit, quod hæcenus compertum fuerit, nonnullos conscientiarum suarum prodigos, Libros, ex Bibliothecis Domorum Regularium dicti Ordinis furto subripuisse ac subripere, & seu extrahere, atque apud se uti proprios in grave animarum suarum periculum, & f f f dicta.

Causa hujus Constitutionis.

rum Literarum, promotis ordine præmissis servato in perpetuum concedi, & assignari debeant. Quodque ad sex priores tam nobiles, quam non nobiles, ut præfertur, tamen qualificati; ad reliquos vero tres Canonicatus, & tres Præbendas ex reliquis novem Canonicatibus, & totidem Præbendis hujusmodi nulli nisi nobiles, & graduati, ut præfertur, assumi possint, ac omnes, & singuli ratione suarum hujusmodi Præbendarum, & operam in negotio Ecclesiæ, & Religionis, cæterisque difficultatibus pro tempore emergentibus, quoties ab Episcopo suo requisiti fuerint, tam conjunctim, quam divisim præstare teneantur. Et Archidiaconus, nisi Præbenda Archidiaconatus suo annexa sit, Archipresbyter, Pœnitentiarius, Cantor, Scholasticus, & Thesaurarius præfati ex dictis novem graduatis ad nominationem Episcopi Ipreni, assumi, & omnium primi post Episcopum vacaturos novem Canonicatus, & Præbendam affectos hujusmodi ordine in dicta designatione expresso servato consequi debeant. Et ut de viris spectatæ doctrinæ, & probitatis ad ædificationem Ecclesiæ Dei accuratius prospiciatur, quod ipsi novem Canonicatus, & novem Præbendam, hac prima vice dumtaxat, per Episcopum, & deinde, quoties illi futuris temporibus vacaverint, ut præfertur, ad electionem Episcopi, & aliorum graduatorum prædictorum superstitum per eos conferantur, & in hujusmodi electione suffragium Episcopi non plus juris, seu momenti, quam cuiusvis Graduatorum habeat, nisi vobis paritate occurrente, tuncque iteratum ad hoc Episcopi suffragium paritatem vocum hujusmodi dirimat; quodque posthac ipsi novem Canonicatus, & novem Præbendam sub nullis specialibus, vel generalibus etiam mentalibus reservationibus, affectionibus etiam in corpore juris clausis, necnon expectativis, coadjutorii, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando, & aliis disponendo, primariis precibus nuncupatis, aut aliis gratis præventivis per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes, & dictam Sedem Apostolicam, vel ejus Legatos, etiam consideratione, contemplatione, intuitu, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & ex quacumque causa quantumlibet urgenti pro tempore factis, & concessis comprehendantur, nec etiam tamquam vacan. apud Sedem Apostolicam præfatam, aut ulla alia ratione generaliter, vel specialiter reservari, nec illorum vacatione per resignationem etiam ex causa permutationis apud Sedem eandem pro tempore occurrentem, per Romanum Pontificem, aut Sedem eandem de illis provideri, aut aliis quoquomodo disponi possit, sed forma electionis præmissa omni tempore servari, nulla causa infringi debeat. Quodque unus ex novem Canonicis prædictis Magister, seu Licentius in Theologia, & alter Decretorum Doctor, seu etiam Licentius senior ratione suarum Præbendarum facultatem

tem habeant visitandi per universam Diocesim Ipreni, prædictam, quoties ab Episcopo Ipreni, cæteri vero Canonici graduati prædicti, quocumque requisiti fuerint, illis assistere teneantur, ac ex reliquis senioribus Canonicis præfatis duo in Theologia, & unus in jure canonico graduati, ut præfertur, una cum Archidiacono curam habeant examinandi promovendos ad sacros Ordines, & admittendos ad curam animarum, quacumque auctoritate illi provisi fuerint, neminem, nisi idoneum, seque personaliter residentiam futurum medio juramento promittentem, admittendo. Et quoniam nuper hæreticorum studia, temporisque malitia, viros doctos ab Ecclesiis suis diutius abesse non patitur, quod si Canonici graduati prædicti ab Ecclesia sua, nisi ab Episcopo, vel Capitulo missi, per duos menses abfuerint, integros suæ Præbendæ fructus illius anni amittant, & Capitulum cedant, ac omnes proventus singularum Præbendarum in duas æquales partes dividantur, quarum altera pro quotidianis distributionibus, his solis, qui divinis officiis in Choro deservierint, & inibi a principio usque ad finem, excepta necessitatis causa, permanerint, ministrari debeat, nec quicquam ulla dispensatione, vel alio privilegio apostolico quacumque causa impetrato, vel concessio se se a residentia hujusmodi eximere possit. Cæterum Ecclesiæ Civitatis sub cura dicti Archipresbyteri Civitatis; extra vero eam, & in Diocesi Ipreni, existentes, vel sub suis Decanatibus, seu Archipresbyteratus, aliisque Jurisdictionibus, prout hætenus, remaneant, vel meliori modo arbitrio Episcopi distribui, ipsorumque Decanatum Decani, salva dicti Episcopi moderatione, emolumenta hætenus percipi solita percipere possint. Quodque Archidiaconus Flandriæ in ipsa Ecclesia Ipreni, institutus per cessum, vel decessum præsentis possessoris talem in dicta Ecclesia Ipreni, Jurisdictionem generalem, quæ ibidem ab antiquis Archidiaconis haberi, & exerceri consuevit, obtinere, & exercere debeat. Districtius inhibentes universis, & singulis Ven. Fratibus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, cæterisque locorum Ordinariis, ac Conventibus, Superioribus, & personis, necnon illi, vel illis, ad quem, vel ad quos superestorum, & translatorum Præposituram, Decanatum, Archidiaconatum, Cantoriam, Pœnitentiariam, Scholasticam, & Thesaurariam, ac Canonicatum, Præbendam, & Cappellaniam, aliorumque Beneficiorum prædictorum collatio, provisio, seu quævis alia dispositio communiter, vel divisim pertinet, & quibuscumque aliis cuiuscumque dignitatis, status, ordinis, & conditionis existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis majoris, aliisque sententiis, censuris, & poenis, necnon privationis omnium dignitatum, officiorum, & beneficiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia impofterum obtinenda, ne de illis, si vacant, aut cum

VACA-

vacaverint, ut præfertur, cuique providere, aut aliis disponere, seu præmissorum effectum, & executionem in aliquo quantumcumque modico impedire, aut molestiam, vel injuriam quampiam irrogare quoquo modo præsumant. Ac decernentes, ex nunc plenum jus in præmissis omnino acquisitum esse, & super his beneficio Regularum de non tollendo jure quæsito, ac de annali, & trienniali possessore, necnon privilegii omnibus, quibus diuturni possessores pacifici quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, plenarie uti, potiri, & gaudere debere; Ac novem Canonicatus, & novem Præbendam ejusdem Ecclesiæ Ipreni, sic affectos prædictos per quoscumque etiam prætextu mandatorum de providendo, nominationum, facultatum, etiam juxta concordata nationis Germanicæ, expectativarum, & quarumcumque aliarum gratiarum quoquo modo minime acceptare posse; & nihilominus quascumque acceptationes, collationes, provisiones, commendas, uniones, annexiones, & incorporationes, ac alias dispositiones de eisdem, & aliquibus eorum, etiam per Nos, & Sedem præfatam quomodolibet factas, & faciendas, nullus prorsus roboris, vel momenti fore, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, seu etiam coloratum titulum possidendi tribui posse, ac concessionem, assignationem, suppressionem, extinctionem, translationem, erectionem, institutionem, unionem, annexionem, incorporationem, applicationem, appropriationem, statutum, ordinationem, inhibitionem, decretum, cæteraque præmissa, ac præsentis literas ex nunc omnimodum effectum sortita esse, & censeri, nec sub quibusvis revocationibus, alterationibus, suspensionibus, vel limitationibus similium, vel dissimilium unionum, annexionum, suppressionum, extinctionum, etiam effectum non sortitarum, quæ posthac per Nos, vel Successores nostros tam in crastinum assumptionis cuiuslibet eorum ad summum apostolatus apicem, quam aliis quomodolibet, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, quocumque tempore fieri, includi, sed illis non obstantibus in suis vigore, robore, & efficacia persistere, & quoties illa emanabunt toties in pristinum statum restituta, & de novo concessa; Sicque incommutabilis voluntatis, & intentionis nostræ fuisse, esse, & fore, ac eandem præsentis literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, aut in jus, vel controversiam quacumque ratione, vel causa vocari posse; Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac ex nunc irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Ve-

nerabilibus Fratibus nostris Archiepiscopo Mechlinien., & Episcopo Amerin., ac dilecto filio Decano Ecclesiæ Sancti Petri Caserteni. Ipreni. Diocesis per apostolica scripta, motu simili, mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentis literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte moderni, & pro tempore existentis Episcopi Ipreni, & aliorum, quorum interest, & quomodolibet intererit in futurum, requisiti fuerint, seu eorum aliquis fuerit requisitus, solemniter publicantes, eisque, & eorum cuiuslibet in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra Episcopum Ipreni, & alios prædictos, concessionibus, assignationibus, suppressione, extinctione, incorporatione, applicatione, translatione, erectione, institutione, unionem, annexione, appropriatione statuto, ordinatione, decreto, ac præsentibus literis, & in eis contentis hujusmodi pacifice frui, & gaudere, ac alias literas, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, non permitentes illos, seu eorum aliquem desuper per supradictos aut quoscumque alios quomodolibet indebite molestari; Contradictores quoslibet, & Rebelles per censuras, & poenas ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo, necnon legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstant. voluntate nostra prædicta, necnon Lateranen. Concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permittis fieri prohibentis, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri, etiam de una, & Concilii generalis de duabus, non tamen tribus diebus, aliisque Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus etiam in corpore juris clausis, ac aliis reservatoriis dictæ Cancellariæ Apostolicæ Regulis, etiam revocatoriis, & revocatoriis innovatoriis, ac in favorem Ordinariorum, & aliis in contrarium quomodolibet editis, & edendis, necnon singularum Ecclesiarum, ac Monasterii, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, conservatoriis, exemptionibus, & literis Apostolicis, Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Ordinibus, Superioribus Ordinariis, aliisque Collatoribus, & personis præfatis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem præfatam, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, necnon ini, & stipulati contractus, seu quasi, & aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam supradictorum, & quorumcumque aliorum, ac etiam motu, scientia,

Prohibicio, de qua in Rubr.

diſtarum Bibliothecarum præjudicium retinere.

§.1. Nos præmiſſis, quantum Nobis ex alto conceditur, obviare, & ipſarum Bibliothecarum conſervationi, & manutentioni conſulere volentes, ſupplicationibus diſti Lucæ nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Ne de cætero quiſquam, quavis auctoritate fungens Libros, Quin- terna, folia, ſive impreſſa, ſive manuſcri- pta, Bibliothecis Domorum Regularium diſti Ordinis hæcenus donata, ſeu aſſignata, & in poſterum donanda, ſeu aſſignanda, ex eiſdem Bibliothecis extrahere, ſeu ut extra- hantur permittere, aut conſentire, ſub quo- viſ quæſito colore, prætextu, vel ingenio au- deat, ſeu præſumat, ſub excommunicationis, necnon privationis vocis activæ, & paſſivæ poenis per contrafacientes eo ipſo incurren- dis apoſtolica auctoritate, tenore præſen- tium, interdiciamus, & prohibemus.

Derogatio conſtatiorum

§.2. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon diſti Ordinis, & Domorum Regularium qua- rumcumque, etiam juramento, confirma- tione apoſtolica, vel quavis firmitate robo- ratis Statutis, & conſuetudinibus, caterif- que contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum

§.3. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica con- ſtitutæ munitis, eadem perſus ubique fi- des adhibeatur, quæ adhiberetur præſenti- bus, ſi forent exhibitæ, vel oſenſæ: quod- que tranſumpta hujusmodi in valvis diſta- rum Bibliothecarum, vel aliquo alio per- ſpicuo loco, unde ab omnibus cerni poſſint, continuo affixa remaneant.

Dat. die 23. Martii 1626. An. III.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 23. Martii 1626. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

CLXXI.

Ex Regiſ. in Secret. Brev.

Confirmatio Indulti a Sixto Papa V. Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Leodiſis conceſſi eligendi ad Præpoſituras, & Abbatias tum ejuſdem Capituli, tum etiam Collegiatarum illius Civitatis, & Diocæſis, cum conſeſſione alterius Indulti quoad reſignationes faciendas.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a Cleri Leodiſis dignitate deſumptum.

Clerum Leodiſem ob ejuſ amplitudi- nem, & ſinceram erga Sedem Apoſto- licam devotionem paterno affectu amplectentes, de ejuſ privilegiis non conſer- vandis tantum, ſed & ampliandis libentiſ- ſime cogitamus.

Reconſeſſit Indultum a Sixto PP. V. Capitulo Ca-

§.1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum Capituli, & Canonicorum Majoris Eccleſiæ Leodiſis perſo-

titio continebat, quod alias ſel. rec. Sixto Quinto Prædeceſſori Noſtro, pro parte Capitulorum diſtæ Majoris, ac ſecularium, & Collegiatarum Eccleſiarum Civitatis, & Diocæſis Leodiſis, & quarundam particu- larium perſonarum expoſito, quod cum ipſa Capitula prætextu Literarum piæ memorie Eugenii Papæ Quarti etiam Prædeceſſoris Noſtri, quas vim concordatorum inter ipſas Eccleſias, & Sedem Apoſto- licam habere prætendebant, ac quibus inter alia caveri dicebatur expreſſe, electiones ad Dignitatem majorem poſt Pontificalem in Ma- jori, & Principales in Collegiatis Eccleſiis hujusmodi electivas per tempora a jure ſta- tuta, expectari, illaſque approbari, & con- firmari, vel infirmari debere, prout juſtitia, & æquitas ſuaderet; atque etiam prætextu Literarum recolendæ memoria Pii II., & Sixti Quinti, ac forſan aliorum Romanorum Pontificum, etiam Prædeceſſorum Noſtro- rum, quibus inter alia idem ipſis etiam de novo Indultum eſſe conceſſum dicebatur; Quibus etiam Literis prædicti Sixti V. Prædeceſſoris antiqua conſuetudo appro- bata prætendebatur, quod tam majoris, quam etiam fere omnium aliarum Eccleſiarum prædictarum Civitatis, & Diocæſis hujus- modi Major, & principales Dignitates prædictæ aliis, quam Canonicis actu Præben- datis ipſius Eccleſiæ majoris conferri, aut commendari nequirent; quodque ab eiſdem Dignitatibus omnes alia, præter cer- tas in diſtis prætenſis concordatis, Indultis, & Privilegiis expreſſas reſervationes erant excluſa, occurrentibus pro tempore vaca- tionibus, tam majoris, quam principalium Dignitatum hujusmodi perſonarum idonearum ad illas electiones ad ſe legitime per- tinere prætenderent; ac poſtea inter proviſos de illis auctoritate apoſtolica, & electos a prædictis Capitulis ad eaſdem Dignitates variæ ſepe lites, & controverſiæ orirentur, prout orta tunc erant, ſeu periculum erat, ne inter proviſos a Sede prædicta de aliquibus ex diſtis Dignitatibus, & ad illas electos orirentur; idem Sixtus Quintus Prædeceſſor ſupplicationibus ſibi pro parte diſtorum Capitulorum deſuper tunc porrectis inclina- tus per ſuas, ſub Datum Romæ apud San- ctum Petrum Anno Incarnationis Domini- cæ milleſimo quingentefimo octuageſimo quinto, nonis Maii, Pontificatus ſui Anno Primo, expeditas Literas concordata, ſeu Indulta, & Prædeceſſorum prædictorum Literas moderans, & amplians, loco illo- rum, in perpetuum eiſdem Capitulis om- nium, tam majoris, quam aliarum Eccleſia- rum Civitatis, ac Diocæſis prædictarum, & illorum ſingulis, ut occurrentibus vaca- tionibus Præpoſiturarum, & Abbatiarum ſe- cularium nuncupatarum earundem Eccleſia- rum tam ſcilicet Majoris poſt Pontifica- lem, quam principalium Dignitatum Col- legiatarum Eccleſiarum hujusmodi, niſi illæ pro tempore vacantes per reſervationes in corpore juris clauſas, aut perſonis inibi nominatim expreſſis diſpoſitioni apoſtolice ſervatæ forent, ad liberam electionem perſo-

perſonarum idonearum ad Dignitates hujus- modi procedere libere, & licite valent, conceſſit, & indulſit; necnon quod electio ipſa intra triginta dies a die vacationis hujusmodi computandis omnino fieri, & confirmatio intra ſex menſes a die electionis numerandos a Romano Pontifice pro tem- pore exiſtente, a quo confirmari, vel infirmari deberet, prout æquitas, & ratio ſua- deret, petenda eſſet, decrevit, proviſo ta- men quod ſic confirmati Ordinarii ipſis de- bita præſtarent juramenta, obſequia, & alia, ad quæ de jure, vel conſuetudine teneren- tur, Inſuper ne ad Præpoſituram majoris Ec- cleſiæ prædictæ, quæ inibi dignitas poſt Pon- tificalem inajor, vel ad Sanctorum Petri, Martini, Pauli, Sanctæ Crucis, Joannis, Dionyſii, & Bartholomæi Civitatis Leodiſis, necnon Tongrenſis, Huenſis, Foſſenſis, Sanctæ Mariæ Trajectenſis, Maſ- ſekenſis, Viſetenſis, Amonienſis, Cina- cenſis, Dionantenſis, Tudinienſis locorum, ſeu oppidorum diſtæ Diocæſis, & Beate Mariæ Namurcenſis Eccleſiarum Præpoſi- turas, & Abbatias ſeculares, quæ in Colle- giatis Eccleſiis hujusmodi principales ſunt Dignitates, alia perſonæ præterquam Cano- nici ejuſdem Majoris Eccleſiæ actu præben- dati, & perſonaliter in ea residentes, etiamſi aliam Dignitatem in ipſa majori, aut aliis Eccleſiis prædictis obtinerent, eligi poſſent, aut deberent, & ne quis eorum plures, quam unam ex Præpoſituris, ſeu Abbatias ſecula- ribus, vel Dignitatibus ejuſmodi inſimul re- tinere poſſet, perpetuo inhibuit, & interdixit: decernens alias prædictas in corpore juris clauſas, & ratione perſonarum ſic no- minatim expreſſarum ab ipſo Sixto V., vel ejuſ Prædeceſſoribus, aut Succeſſoribus pro tempore factas, & faciendas ſpeciales, & generales de vacantibus, & vacaturis Beneficiis Eccleſiaſticis, & Dignitatibus hujusmo- di reſervationes, etiam per Cancellaria Apoſtolica regulas, vel alias quaſcumque Conſtitutiones, vel Ordinationes Apoſto- licas, etiam perpetuas, vel temporales, etiamſi in eis Dignitates electivæ nominatim, & in ſpecie reſervatæ, ac gratiæ, & indulta hu- juſmodi in ſpecie expreſſa forent, ad Digni- tates prædictas minime extendi, ſed quoties illæ emanarent, toties ipſa Capitula in ſuum priſtinum jus reſtituta, & reintegrata cen- ſeri debere decrevit, & aliâs, prout in diſti Sixti V. Prædeceſſoris Literis, quas vim con- tractus inter ipſum, & Sedem prædictam cum diſtis Capitulis initi habere voluit, plenius continetur.

Cauſe illud confirmandi.

§.2. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, eadem Capitula in poſſeſſione, ſeu quaſi juris eligendi ad majorem poſt Pontificalem, & principales Dignitates Ec- cleſiarum hujusmodi, juxta formam diſta- rum Literarum exiſtant, certumque ſit, non parum ornamenti ipſis Eccleſiis accedere, dum ad prædictas Dignitates perſonæ ex gre- mio Capituli diſtæ Majoris Eccleſiæ, quæ inter inſigniores chriſtiani orbis Eccleſias merito connumeratur, & in qua nullus niſi doctri- na, aut generis nobilitate conſpicuus Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

in Canonicum admitti poteſt, aſſumuntur, maximeque verendum ſit, ne ſecus plerum- que accidat, ſi liberum ſit, aut permittatur, Dignitates ipſas obtinentibus illas in ſibi bene- ſiciarum perſonarum favorem reſignare, aut ſi ad illas alii, quam ex diſto gremio, aſ- ſumantur.

Prout petitur.

§.3. Quare pro parte Capituli, & Canonicorum Majoris Eccleſiæ hujusmodi, & qui ab ipſis pro eorum juribus tuendis, & defendendis ad Nos, & Sedem eandem miſ- ſi ſunt, Dilectorum filiorum Lamberti de la Motte Pro-Decani, & Erneſti de Kerckemac-Zegheri a Groesbegh ejuſdem Majoris Eccleſiæ Canonicorum, Nobis ſuit hu- militer ſupplicatum, quatenus in præmiſſis opportune providere, eoſque amplioribus favoribus, & gratiis proſequi de benignitate apoſtolica dignaremur.

Conſeſſat Urbanus, ac reſignationem, que hujusmo- di Beneficio- rum proviſio- nes nomiſi de ejuſdem Capituli ſi- centia, fieri poſſe decla- rat.

§.4. Nos igitur earundem Eccleſiarum decori, & ornamento ſecurius conſulere vo- lentes, ipſuſque Capituli, & Canonicorum diſtæ Majoris Eccleſiæ ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & poenis a jure, vel ab ho- mine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen- dum harum ſerie abſolyentes, & abſolutos fore cenſentes, diſtaſque Sixti Quinti Prædeceſſoris Literas, illarumque totos, & in- tegros tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illaſque, & in eis contenta quacumque, ſalva tamen infra ſcripta ampliacione, & extensione, appro- bantes, & confirmanes, omneſque, & ſin- gulos tam juris, quam facti, & quovis alios defectus, ſi qui deſuper quomodolibet in- tervenerint in eiſdem, ſupplices, eaſque modo infraſcripto, illis aliâs, & quoad reli- qua omnia in ſuo robore permanſuris, am- pliantes, & extendentes eaſdem, Capitulo, & Canonicis diſtæ Majoris Eccleſiæ, ut de cætero Præpoſitura major poſt Pontificalem Majoris, & Sanctorum Petri, Martini, Pauli, Sanctæ Crucis, Joannis, Dionyſii, Bartholomæi, Civitatis, necnon Tongren- ſis, Huenſis, Foſſenſis, Beate Mariæ Tra- jectenſis, Eyckenſis, Viſetenſis, Amanien- ſis, Cinaceniſis, Dionanteniſis, & Tudinien- ſis Locorum, ſeu Oppidorum diſtæ Diocæ- ſis, & B. Mariæ Namurcenſis Collegiata- rum Eccleſiarum Præpoſitura, ſeu Abbatie ſeculares Dignitates inibi principales, in alio- rum præterquam Canonicorum ejuſdem Majoris Eccleſiæ actu Præbendorum, & perſonaliter in ea reſidentium favorem, niſi etiam ad hoc Capitulum hujusmodi jus, ſeu privilegium eligendi habentium, ſeu majoris partis eorum accedat aſſenſus, etiam cauſa permutationis, & concordia, etiam in noſtris, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, vel cujuſvis alterius ad id facultatem habentis manibus, a nunc, & pro tempore obtinentibus reſignari, ſeu jurium in illis; vel ad illas competentium ceſſio- nem fieri, vel in illarum regimine, & ad- miniſtratione aliorum, quam Canonicorum F ff 2 diſte

dicte Majoris Ecclesie actu Præbendorum, & personaliter residentium, ac de consensu prædicto faciendâ, etiam apostolica, & quavis alia auctoritate admitti, aut alii in Coadjutores perpetuos, & irrevocabiles in regimine, & administratione dictarum Dignitatum illas nunc, & pro tempore obtinentium, etiam de eorum consensu, & ad eorum instantiam deputari nequeant; adveniente vero casu cessionis simplicis, seu ex Decreto Apostolico dimissionis in manibus nostris, seu alterius Romani Pontificis pro tempore existentis de prædictis Præposituris, seu Abbatibus Secularibus, Canonicis dicte Majoris Ecclesie dumtaxat, ac de Capituli, ad quod ad Præposituram, seu Abbatiam Secularem, de qua cessionem simplicem, seu etiam ex Decreto Apostolico dimissionem pro tempore fieri contigerit, electio spectet, consensu, & non alias provideri debeat, apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuo concedimus, & indulgemus;

Ad ea que Sixtinum Indultum excendit.

§.5. Ac quascumque Coadjutorum, etiam de consensu obtinentium, vel Motu proprio de cætero Deputationes etiam cum futura successione, necnon resignationes, cessionesque, ac dimissiones hujusmodi, illarumque admissiones, & in illorum consequentiam, etiam sub prætextu, seu ex eo quod vacatio ex resignatione, seu dimissione in manibus Romani Pontificis facta, & per eum admisa oriens sub reservatione in corpore juris clausa comprehendatur, aut comprehensa sit, ac propterea ab Indulto dicti Sixti V. Prædecessoris, quod ad tales resignationes, ac dimissiones, & vacationes ex eis orientes, & quovis dictarum Dignitatum vacationum modos etiam ex quibusvis, quavis generales reservationes in corpore juris clausa, ubicumque, & quomodocumque resultent, auctoritate, & tenore præsentium extendimus, excepta dici, videri, censi, aut interpretari possit, aut etiam debeat, ad quorumvis aliorum, quam dicta Majoris Ecclesie Canonicorum actu præbendorum, & personaliter residentium favorem, & de consensu Capitulorum ad illas eligendi jus habentium, hujusmodi etiam per Nos, & Sedem prædictam, etiam motu simili, & de apostolica potestatis plenitudine, etiam consistorialiter cum præsentium derogatione, & quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis de Dignitatibus prædictis faciendas collationes, provisiones, commendas, commissiones, concessionis, aut quavis alias dispositiones tamquam præter mentem, & intentionem nostram, & in præjudicium dictorum Capitulorum, & Præbendorum, eorumque jurium, & privilegiorum factas, nullas, invalidas, nulliusque roboris, & momenti fore, nullumque per eas cuiquam jus, aut etiam coloratum, titulum possidendi tribui.

Clausulas præsentium Literarum firmitate addit.

§.6. Præsentibus vero Literis de subreptionis, vel obreptionis vitio, etiam ex eo, quod interesse forsitan habentes, seu habere

prætendentes, ad id vocati, & auditi non fuerint, & causa, propter quas emanarint, justificata, & verificata non fuerint, notari non posse, minusque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis excipi, perpetuoque validas, & efficaces existere, & quoties illas revocari, suspendi, aut contra eas aliquid disponi contigerit, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, seu de novo etiam sub quacumque posteriori data per dicta Capitula quomodocumque eligenda concessas esse, & fore, sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos etiam Palatii Apostolici Auditores, ac Sancta Romana Ecclesie Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios judicari, ac definiti debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, eidem auctoritate, & tenore decernimus.

§.7. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, similis memorie Benedicti Papæ duodecimi pariter Prædecessoris nostri, quæ incipit: *Ad regimen*, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictarumque Ecclesiarum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, usibus, & naturis, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis illis, eorumque Capitulis, Præsulibus, & aliis superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis in contrarium forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, etiam de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialibus, specificis, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio ad hoc habenda foret, illis aliis in suo robore permanentibus, harum serie specialiter, & expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Per præsentibus autem non intendimus illis, ad quorum favorem Præposituram, seu Abbatiam seculares prædictæ, vel earum aliqua, seu aliqua apostolica auctoritate, concessa jam reperiuntur, præjudicare: eademque præsentibus, quominus resignationes jam admittæ, seu Coadjutorie jam concessæ suum debitum consequantur effectum, ullo modo in aliquo volumus non obstare.

Obstantia tollit.

§.8. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam absolutionis, approbationis, confirmationis, supplementationis, ampliationis, extensionis, concessionis, indulti, decretorum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Clausulas potestatis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno

Datum die 1.

Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo sexto Kalendis Aprilis, Pontificatus nostri Anno III.

CLXXIII.

Declaratio, quod Sancta Elisabetha Regina Portugallie Tertium Ordinem S. Francisci expresse fuerit professâ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Instante Procuratore Generali Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Nobis exposita.

Declarat Sanctam Elisabetham Tertium Ordinem S. Francisci expresse professam.

Aliter iudicari prohibet.

Contraria subtrahit. Dat. die 22. Aprilis 1626. An. III.

Cum sicut dilectus filius Joannes de Sancto Bernardino Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Nobis nuper exposuit, Sanctam Elisabetham Reginam, dum vixit, Portugallie, quam Nos aliis divinis aspirante gratia in Sanctorum numerum retulimus, Tertium Ordinem S. Francisci expresse professam fuisse, plene confiteri, prout in processu, aliisque informationibus desuper fabricatis latius continetur, & propterea d. Joannes, ne ulli in hoc dubitatio- nis locus unquam esse possit, per Nos, ut infra opportune providere summopere desideret.

§.1. Nos eundem Joannem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censent, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Vno Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio, eandem Sanctam Elisabetham, Tertii Ordinis Sancti Francisci hujusmodi fuisse, & esse, atque in omnibus pro tali ubique haberi, & reputari.

§.2. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo decernimus, & declaramus.

§.3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Aprilis 1626. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Præcipitur omnibus Monachis Ordinis Sancti Benedicti, ut Breviario, & Missali a Paulo Papa V. approbatis utantur.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Cathedra Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, divina providentia constituti Religiosorum, Ordinum quorumcumque in Ecclesia Dei, præsertim sub gloriosi Monachorum Principis Sancti Benedicti illustri vexillo militantium prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantes affectibus, in his, per qua Religiosi ipsi debitas laudes altissimo cum consensu, & uniformi ritu perolvere valeant sedulo intendimus, ac desuper pastoralis officii nostri partes interponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Procurator.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, editis aliis Breviario, & Missali Monasticis de mandato fel. re: Pauli PP. V. prædecessoris nostri reformatis pro omnibus Monachis sub regula S. Benedicti militantibus, præfidente ad hoc opus bon. mem. Roberto S. R. E. Cardinali Belarmino nuncupato, cum assentia etiam dilectorum filiorum Procuratorum Generalium totius Ordinis S. Benedicti hujusmodi, eisque per Monachos, & Capitulum generale dicti Ordinis Congregationis Hispaniarum non solum receptis, sed etiam ultra annum in multis Monasteriis in usu habitis; succedente novo Abbate Generali, qui novum Missale hujusmodi dimitti, & vetus continuari sub præcepto, & censuris ordinaverat; res in Capitulo generali dicti Ordinis de novo proposita fuerit; & licet novus Abbas hujusmodi pro sua opinione a majori parte Capituli obtinuerit, nihilominus ab eisdem Capituli Decreto aliqui appellaverint, habitoque ad Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpositos recursum, ac multa deducendo pro hujusce rei diffinitione insteterint.

Orta quæstio inter Monachos veterine, an novo potius Breviario, & Missali uterentur?

§.2. Nos pro nostri pastoralis officii debito omnem in præmissis discordiarum materiam e medio submovere, pacique, & quieti Monachorum prædictorum, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, de eorumdem Cardinalium consilio motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Breviarium, & Missale prædicta de mandato Pauli prædecessoris hujusmodi, ut præfertur, edita, ex quo semel ab initio acceptata sunt, de cætero perpetuis futuris temporibus omnino continuari, atque ita ab omnibus, & singulis Monachis prædictis inviolabiliter observari.

Urbanus præcipit, ut edito temporibus Pauli V. utantur.

§.3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Casarum Palatii

Et ut sic ab omnibus serventur, & iudicentur.

Palatii Apostolici Auditores judicari, & designari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, apostolica auctoritate, tenore presentium, decernimus, & declaramus.

Mandatum deprecando.

§.4. Mandantes propterea in virtute Sanctae obedientiae, ac sub privationis vocis activae, & passivae, necnon officiorum per eos obtentorum, inhabilitatisque ad illa, & alia impofterum obtinenda, alisque arbitrii nostri poenis dilectis filiis Generali, ac aliis Prioribus, Abbatibus, Praesidentibus, ceterisque Ordinibus, & Congregationibus hujusmodi superioribus, quocumque nomine nuncupatis, quatenus in omnibus, & singulis utriusque sexus Monasteriis, Conventibus, Domibus, Prioratibus, Hospitiis, Ecclesiis, Hospitalibus, Grangiis, ceterisque locis regularibus eorundem Ordinis, & Congregationis quantumvis exemptis, ex privilegiatis Breviariis, & Missale, sic ut praesertur, edita, veteribus, quibus antea utebantur, omnino postpositis, recipiant, ac recipi, & admitti, eisque deinceps ad publicae, privatimque in choro, & extra precandam, psallendum, ac missas, horasque canonicas celebrand., & recitand., in omnibus, & per omnia uti cum effectu curent, & faciant; contradicentes quoslibet, ac in praemissis non parentes per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogatio Contrariis.

§.5. Non obstantibus Decreto Capituli Generalis praedicti, aliisque praemissis, & quibusvis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, & quatenus opus sit, Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, exemptionibus, & Literis apostolicis eisdem Ordini, & Congregationi, illorumque Abbatibus, Praesidentibus, Prioribus, Superioribus, & Monachis, ac quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, & in solitis clausulis necnon irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis specialibus, & expressa mentio habenda esset, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides danda transumptis.

§.6. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 7. Maii 1626. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Dat. die 7. Maii 1626. An. III.

CLXXIV.

Beatificatio V. S. Dei Mariae Magdalene de Pazzis cum facultate celebrandi Missam, & Officium Romae, & Florentiae.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, a Domino constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in servis, & ancillis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, prout in Domino conspicimus expedire.

Exordium

§.1. Sane pro parte dilecti filii Nobilis viri Adolescentis Ferdinandi Hetruriae sibi subiectae Magni Ducis, ac dilectarum in Christo filiarum nobilium Mulierum Mariae Magdalene Archiducissae Austriae, & Christianae a Lotharingia Hetruriae similiter sibi subiectae Magnarum Ducissarum viduarum, necnon Priorissae, ac Monialium Monasterii Sanctae Mariae Angelorum nuncupati in Burgo Sancti Fridiani Civitatis Florentinae, nobis nuper expositum fuit, quod bonae memoriae Ancilla Dei Mariae Magdalene de Pazzis Florentina Monialis dicti Monasterii, multis eximiiis virtutum, & gratiarum, ac miraculorum Donis a Domino illustrata fuit. Quapropter Ferdinandus Magnus Dux, & Maria Magdalena Archiducissa, necnon Christiana Magnae Ducissae viduae, ac Priorissa, & Moniales praedictae nobis humiliter supplicari fecerunt ut, donec Canonizationis honor dictae Ancillae Dei Mariae Magdalene ob ejus excellentia merita divina aspirante gratia ab Apostolica Sede decerneretur eadem, Ancilla Dei Mariae Magdalene Beata nuncupari, atque Officium, & Missa de ea ut infra recitari, & celebrari possit.

M. Hetruriae Ducis peccis.

Indultum, de quo in rubrica.

§.2. Quare Nos, re prius per Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus praepositos, quibus eam examinandam mandavimus, mature discussa, de eorundem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ipsa Ancilla Dei Mariae Magdalene in posterum Beata nuncupari, Officiumque, & Missa de ea tamquam de communi Virginis non Martyris juxta Rubricas Missalis, & Breviarii Romani in omnibus, & singulis Civitatis Florentinae Ecclesiis, & hic Romae pro praesenti Anno dumtaxat in Ecclesia Sancti Joannis Baptistae Nationis Florentinorum, in qua Beatificationis hujusmodi solemnitas celebrabitur, in ejusdem Ancillae Dei Mariae Magdalene obitus, seu alia subsequenti non impedita die, a quibusvis Clericis, & Presbyteris tam Secularibus, quam Regularibus recitari, & celebrari respective possit.

fit, & valeat, apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

Derogatio Contrariis.

Fides danda transumptis.

Dat. die 8. Maii 1626. An. III.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut praesentium, transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem ubique fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die octava Maii, millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, Pontificatus nostri Anno III.

CLXXV.

Confirmatio Resolutionis quorundam Dubiorum circa XL. XVII. necnon XXII. Capita Sess. 25. de Regularibus Concilii Tridentini per Sac. Congregationem factae pro Archiepiscopo Manilen. in Indiis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Dubia ab Archiepisc. Manile proposita.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit Ven. Frater Archiepiscopus Manilen. quod habito per eum ad Ven. Fratres nostros Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales Sacri Concilii Tridentini Interpretes super infrascriptis dubiis recursu; primo videlicet: An Jurisdictione, visitatio, & correctio in Cap. XL. de Regularibus Sess. 25. Episcopis tributa super Parochis Regularibus intelligatur eadem, quam super Parochis Secularibus habent, & ideo si dictos Parochos Regulares Episcopus poterit compellere, ne excedant taxam ab ipso factam super emolumentis Baptismatum, Matrimoniorum, Funeralium, & aliorum, etiam ad hoc licentiam ab eorum Superioribus Regularibus, vel Capitulis Provincialibus habeant? Secundo cum dictum Concilium capite decimosextimo de Regularibus ejusdem Sessionis decernat, ut Episcopus bis examine, quae Moniales fieri volunt, primo scilicet, quando habitum suscipiunt, secundo vero tempore professionis: An hoc etiam intelligatur in Monasteriis Superioribus Regularibus subiectis? Et si Episcopus eorundem Rectores compellere possit, ne habitum novitiae dent, nisi prius Episcopum certiorum faciant, ut Puellae voluntatem explorare valeat? Tertio cum idem Concilium cap. 22. de Regularibus ejusdem Sessionis decernat, quod observentur, & executioni mandentur omnia in praecedentibus viginti uno capitibus decreta, & inter alia non obstantia praesens existat, videlicet: Atque etiam consuetudinibus, vel praescriptionibus etiam immemorabilibus &c. An praedicta verba -- Atque etiam consuetudinibus &c. debeant intelligi, etiam de consuetudinibus post Concilium introductis, sciente, vel ignorante Episcopo, taliter

quod eidem Episcopo in futurum praedictum inferre nequeant? Quarto cum dictum Caput vigesimum secundum inter alia contineat sequentia verba, videlicet: Praecipit omnibus Episcopis in Monasteriis sibi subiectis, & in omnibus aliis in superioribus Decretis specialiter commissis &c. ut statim praefata exequantur: An in dictis rebus Regularium, & Monialium, in quibus ipsi Episcopo tribuitur jurisdictione, Episcopus dictos Regulares cogere, & compellere possit sub censuris, aliisque remediis opportunis, prout de jure. Quinto, an a praedictis censuris in Regulares, & Moniales ab Ordinaris latis possint ipsi Regulares, & Moniales a suis Superioribus absolvi?

Responso Congreg. Concilii.

§.2. Idem Cardinales ad primum Dubiorum hujusmodi, in Regulares curam animarum personarum secularium exercentes in his, quae dictam curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, Episcopum eadem auctoritate uti posse, qua in Parochos seculares: proindeque Regulares ipsos in emolumentis, ut proponitur, legitime percipiendis prohibere posse, ne excedat Taxam ab Episcopo praescriptam. Ad secundum: Ita esse intelligendum. Ad Tertium: Ita esse intelligenda. Ad quartum, in omnibus Episcopo specialiter commissis in Decretis Sessionis praedictae de Regularibus, licere eidem Episcopo ad illorum executionem Regulares compellere etiam poenis, & censuris ecclesiasticis. Ad quintum, non posse absolvi a suis Superioribus responderunt, & decreverunt, & aliam prout in eorundem Cardinalium Decreto desuper emanato plenius dicitur contineri.

Quam Archiepiscopus peti confirmari.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Archiepiscopus plurimum cupiat, Decretum, Responsum hujusmodi pro illius firmitate subsistentia apostolicae nostrae confirmationis robore communiti; Ideo Nobis humiliter supplicari fecit, ut ejus desideriis hujusmodi annuere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmat Pontifex.

§.4. Nos igitur, dictum Archiepiscopum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum, seu Responsum praedictum apostolica auctoritate, tenore praesentium, approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adii-cimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerunt, supplemus.

Clausula.

§.5. Decernentes, Decretum, seu Responsum hujusmodi, necnon praesentes Literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illud concernit, seu concernet quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non